

tra nocendi animum exhibito necans sit puniendus? *Dn. Rein. Bachov. Echt. vol. 2. disp. Treutler. 32. th. 7. b. durior videtur gladii pœna. Sed contraria sententia placet Mart. Delrion. 3. disq. Magic. part. 1. q. 3. sect. 3. quem sequitur Zieritz. arg. l. 38. §. 5. ff. de pœn. Iohan. Coras. 4. miscell. 2. num. 2. 3. 4. Eberh. Speckh. cent. 3. class. 2. q. 5. per tot. Lex de veneficio quando primùm rogata est, ex Livio tradit Goblerus in auctario, hïc, ubi quoque dicit de poculis venenosis tractatum extare non inutilem, Pauli Grillandi. De philtis videndi Franc. Torrebl. in demonol. lib. 2. c. 47. num. 13. cum seqq. & passim Henr. Kornman. in Commentario de lineâ amoris, c. 3. de convictu, p. 59. cum seqq. Iohan. Kopp. Iun. decad. 3. enucl. 2. n. 70.*

ARTICULUS CXXXI.

Pœna infanticidii.

1. Fœminæ, quæ infantes vivos, membris distinctis præditos, clam enecant, vivæ in terram defodiuntur, stipite, sive palo per corpus transfixo, quamvis ob desperationis periculum ex cruciatus mora proveniens, si huiusmodi infanticidia non sint frequentia, & per illum locum profluens præterlabatur, submergi soleant. Vide *Nebelk de mero imperio, concl. 28. Eichrod. de parricid. concl. 38. Thom. Metzg. cons. crim. 6. per tot.* Si verò id deterrimi maleficii frequentius occurrat, prædictam pœnam defossionis, stipitisq; adactionis ad terrorem aliarum servari, atque observari præcipit Carolus V. *hoc articulo.* Neq; displicet eidem quasi media via, ut quæ suffocandæ aquis erunt, candentibus prius forcipibus adurantur. Id quod etiam adhuc hodie frequentius fieri, quam ut vivæ defodiantur, & palo transfigantur, ait *Steph. hïc.*

2. Parricidii crimen asperrimum committitur illud, si liberi parentes, vel parentes, adeoq; matres suos occidunt infantes, videatur *El. Reusn. in hort. histor. polis. coron. 5. flor. 5. p. 531. 532. 534.* & liberos, item si maritus uxorem, & è contra, vide *initium artic. præcedentis*, vel consanguinei se invicem enecant. Latè ac distinctè agitur de hac materia apud *Henr. Bocer. de omnis generis homicidio, lib. 1. c. 5. per tot.* Sed si frater fratrem occiderit, quid dicendum? ut factum memini, *daß/ lender/ dieser Fall im Ampt R. sich hat zutrugen / im Jahr 1616. Dinstags vor Martini/ vnd E. R. seinen leiblichen Bruder erstochen:* Consulendi *Matth. Berlich. part. 4. consult. pract. 7. num. 63. cum seqq. Prosp. Farin. de homicid. q. 120. nu. 123. cum seqq.* De alio lacrumis deplorando casu fratricidii, quod aliàs pro parricidio habetur, *Bocer. d. c. 5. num. 9. trado ego in Decade Consiliorum, cons. 5. q. 7. Matth. Berlich. concl. 6. per tot. part. 4. Coler. decis. 157. Scheff. part. 1. q. 19. Pingitz. q. 44. Eichrod. de parricid. concl. 44. cum seqq. & concl. 1. 2. & per tot. Steph. hïc,* ubi tradit ex *Remo* rationem, cur species illa parricidii à *Carolo V.* sola ponitur, quando mater infantem suum occidit, ne forsan Imperator videatur magis docere filios, quam vetare parricidia.

3. Inter atrociora homicidii genera meritò refertur parricidium illud
Medea-